



**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regula CCCLXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](#)

merabilem, in §. quod autem, numero 61. qui filii sunt legitimi. Ante de Rosellis in tract. de legimario. lib. 2. c. de effectu legitimatio-  
nis, numero 24. versi. sed veterius, & eandem ratione videtur dicē-  
dum non sufficere consensum solius domini, nisi quando agitur de  
ipius tantum praeiudicio, ut in feudo novo, secus si feudum esset an  
tiuum, quia tunc requiretur consensus & filiorum & agnatorum  
legitimorum quorum interest, quia ad eos feudum esset reuersum,  
atque in eis non praeiudicaret legi imatio. ita tenet Ludout. de Sar-  
dinia tracta, de natura liberis, in §. de legitimatione per rescriptū,  
q. 8. numero 15. Zasius in tract. feudorum, in §. parte, nume. 84. nisi  
aliqua justa causa esset vel reipublie necessaria, ex qua princeps  
potest auferre ius alienum. & hanc opinionem in terminis iuris feu-  
dali dicit esse veram Carol. Molinges in consuetu. Parisien. ti. 1. §.  
t. gl. a. q. 8. nu. 39. & in additionibus ad Alex. in d. consl. 60. Quæ  
epos non habet locum in feudis hereditariis, & sic quandocun-  
que fenda sunt redacta ad instar patrimonialium, quia tunc sufficit  
legi imatio generalis ad hoc ut naturalis in feudo succedit. Ita te-  
net Carol. Molinges vbi supra, nu. 39. vbi allegat ad hoc alios doc.  
Etiameniam opinionem tenet Chassang. in conl. Burgun. in titu.  
(Desfiez.) rubr. 1. §. 3. fo. 111. col. 4. nu. 14. vbi dicit, quod in Duca-  
to Burgundie vixit consuetudo, quod feuda sunt redacta ad instar  
patrimonialium. idem tenet Guido Papa in deci. 59. & pro ista opi-  
nione est tex. in l. 12. Tauri.  
Limita tertio, non habere locum in filio legitimato ex subsequen-  
ti matrimonio. Ut supra dixi in regu. 350. in 6. amplia.

## REGULA CCCLXI.

Filius adoptionis non succedit in feudis. Hanc regulam pro-  
bat tex. in cap. 1. in §. 1. adoptiuss. si de feu. de fun. contentio sit inter  
domi. & Agna. V. asal. Et sic patet quod appellatione filiorum in mate-  
ria feudali non veniunt filii adoptiui, facit tex. in §. sed adoptiui. In  
filiu. de excusa tutorum. & in 1. si quis ita. in §. j. ff. de lega. 2. & in 1.  
2. in prin. ff. ad Syllania. & in 1. 2. §. adoptiui. ff. de renocatio. mune.  
Nam appellatione filii in dubio intelligitur de filio legitimo & na-  
turali, secundum Bart. in 1. filium definimus. ff. de his qui sunt sui vel  
alii. iur. & ideo si habens feudum decederet, superstitio sibi tantum  
filio adoptiuo, talis filius non potest succedere in feudo nec in em-  
phyteusi. I. filijo quem pater. ff. de liberis præteri. tex. in 1. fideicom-  
misso, & ibi Bal. ff. de conditio. & demonstra. Circa quam regulam  
vide Alexan. in consl. volu. 5. Deci. in consl. 399. numero 3. Bartho-  
lome. Socin. in consl. 10. numero 30. inter consilia Alberti Bruni  
Ivan. Oldendor. in tracta. de successio. ab intesta. name. 34. Roch. de  
Cure in tract. iuris patrona. c. 12. incipienti, ipse vel is a quo causam  
habuit. q. 34. name. 79. Zasius in tract. feu. in §. par. nume. 48. & in  
Spanie. 111. 25. & 90.

Hanc

## D.Petri Duen.

Hanc regulam limitat duobus modis Matthæ. de Afflictis in cap. 1.in. §. adoptiuus, nu. 3. si de feudo defuncti contentio sit inter domos & agna. Vafal. in vñibus feud.

## REGVLA CCCLXII.

**F**ilius repudiata hereditate non potest retinere feudum hereditarium. Hanc regulam probat tex. in c. 1. in fine, an agnatus vel filius defuncti possit retinere feudum, in vñibus feudo. & ibi docto. præcipue Matthæ. de Afflictis. vbi hoc notabiliter declarat, & tradit materiam huius regulæ, numero. 1. Facit etiam tex. in cap. 1. in. §. filius. de capita, qui curiam vendidit, in vñibus feud,

Hanc regulam limitat quinque modis Matthæ. de Afflictis, in cap. 1. a. nu. 32. vsq; ad nu. 38. Eandem regulam limitat decē modis Vl. daricus in tract. feudo, in 8. par, a nu. 9. vsque ad nu. 26.

## REGVLA CCCLXIII.

**F**ilio viuentे patre in bonis feudalibus habet vñsum fructus Hanc regulam, vbi plura pro ea adducit, ponit Fran. Curt. Iunior in tracta. feudorum, in 3. parte, questio. 4. numero 46. per tex. in cap. 1. de fratribus de novo inuesti & ibi docto, in vñibus feudo. & alia de quibus ibi per eum.

- 1 Limita primo, nisi feudum esset concessum a principe, quia tunc patri nihil acquiritur, quemadmodum in omnibus aliis bonis acquisitis a principe, iuxta l. cum multa, C. de bonis que liberis. Ita testi Curtius Iunior in d. tract. nu. 47.
- 2 Limita secundo, nisi esset feudum dignitatis coherens persona feudatarij, quia nihil acquiritur domino. Ut in l. 3. in. §. si quid. ff. de minoribus, & ita etiam tenet Curt. Iun. in supra dicto loco.
- 3 Tertio limita, nisi feudum esset acquisitum in castris, virtute armorum, puta quia Vafallus fuisset cum domino in castris, & illo respectu acquisiuisset, quia tunc non magis acquiritur vñsum fructus que admodum in aliis castrenibus. Ita formaliter limitat Bal. in l. com oporteat, nu. 18. C. de bonis que liber. ex cuius verbis inferuntur etiam alię duas præcedentes limitationes.

## REGVLA CCCLXIV.

**F**ilio intestato ac sine liberis vel fratribus defuncto, succedunt parentes. Hanc regulam probat tex. in l. in successions. & in Auth. defuncto, C. ad Tertullia. & in Auth. de hæredibus ab intestato venientibus, in. §. consequens. & in. §. sequenti, colla. 9. De iure regio est tex. in l. 4. titulo. 13. parte 6. Circa quam regulam ultra doct. in l. 6. & 7. Tauri, vide D. de Couartu, in rubri, de successione ab